HUGO DE SANCTO VICTORE
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 20v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Precipue ⁊ hic quoque quidam incogitationibus suis euanuisse inueniuntur.
dm rationali animo omino incomprehensibile. & inaccessibile predicantes.
preter quam. quod theophaniis quibusdam. i. diuinis apparitionibus ⁊ simili
tudinibus diuinis. in contemplatione propositis. de ipso eruditur. Ipsa autem
quasi quedam symulachra absconditae diuinitatis. inter rationales animos
ac dm. media ponuntur. altiora quidem mente. inferiora diuinitate.
Et hoc quidem solum de deo uidi. ⁊ in hoc solo dm uideri. ut pote qui in se ipso.
a nulla mente ⁊ animo uideri possit. Haec uero symulachra sunt errorum &
fantasmata uanitatis. in quibus dum solum diuinitatis lucem uisibilem ⁊
perceptibilem conantur asserere. ueram deitatis cognitionem. & uisionem.
mentibus scis probantur auferre. Quid enim enim in illis solum dm uidi. & extra
illa non uidi. nisi numquam uere uidi. ⁊ uerum numquam uideri. Si enim imago
sola semper uidetur ueritas numquam uidetur. quomodo imago ueritas non est. etiam
cum de ueritate est. Tollant ergo fantasias suas. quibus lumen mentium
nostrarum obumbrare nituntur. neque nobis dnm nrm symulachris estimati
onum suarum intersepiant. quia nos sicut satiare non potest aliquid preter ipsum.
ita nec sistere usque ad ipsum. Ipsas ergo theophanias alio modo. ⁊ ueritati
consentaneo estimemus. Sicut enim duo sunt. lumen. ⁊ quod suscipit lumen corpus. ⁊
ex his duobus unum efficitur lucens. & ipsum lucens. imago quodamodo
est. & similitudo luminis in eo quod lucet sicut ipsum lumen. ita ⁊ deus lumen
est ⁊ uerum lumen. & ipsum lumen. rationales animi mundi & puri conspi
ciunt. & ex eo lucentes fiunt. & non sunt ipsi imago luminis in
eo quod sunt. sed in eo quod lucent ex lumine. sicut ipsum lumen lucet. & sunt
ipsa lucentia theophaniae luminis. in quibus lumen uidetur. quomodo a nul
lo lumen uideretur. si nullus a lumine illuminaretur. Nam ⁊ qui in se lu
men uidet. lucentem se uidet. qui profecto non uideret. si non luceret.
⁊ se lucentem non uideret. Sic ergo non constituimus aliud. inter dm nrm
& nos sed in medi[illegible]ate uiam facimus. & nobis ad ipsum. & ipsi usque ad nos.